

minderwerthige Differenzen habe ich nicht angemerkt. Das Mitgetheilte wird zur Classificierung genügen¹.

Adrianus episcopus servus servorum dei dilecto filio in Christo² Friderico Romanorum imperatori salutem et apostolicam benedictionem. Lex divina sicut parentes honorantibus vite³ longevitatem repromittit⁴, ita maledicentibus patri et matri sententiam nichilominus⁵ mortis intendit. Veritatis autem voce docemur⁶, quia omnis qui se exaltat humiliabitur et⁷ qui se humiliat exaltabitur⁸. Quapropter, dilecte mi⁹ in domino fili, super prudentia tua non mediocriter admiramur, quod beato Petro et sancte Romane ecclesie illi commisse¹⁰ non quantam deberes¹¹ reverentiam exhibere videris. In litteris enim¹² ad nos missis nomen tuum nostro preponis; in quo insolentie, ne¹³ dicam arrogantie, notam incurris. Quid dicam de fidelitate beato Petro et nobis a te¹⁴ promissa et iurata? quomodo eam observes, qui¹⁵ ab his, qui dii sunt et filii excelsi omnes, episcopis scilicet¹⁶, homagium requiris, fidelitatem¹⁷ exigis¹⁸, manus eorum consecratas¹⁹ manibus tuis innectis²⁰, et manifeste²¹ factus nobis contrarius, cardinalibus a latere nostro directis non solum ecclesias, sed etiam²² civitates regni tui²³ claudis? Resipisce igitur²⁴, resipisce, tibi consulimus, quia, cum²⁵ a nobis consecrationem et coronam merueris, dum inconcessa captas, ne concessa perdas tue nobilitati timemus. Data²⁶ Preneste 8 kal. iulii.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator²⁷ semper augustus Adriano ecclesie catholice summo²⁸ pontifici omnibus illis²⁹ adherere que cepit Iesus³⁰ facere et docere³¹. Lex iustitie³² unicuique quod suum est restituit³³. Non enim parentibus nostris derogamus, quibus in hoc regno nostro debitum exhibemus honorem, a quibus videlicet³⁴ progenitoribus

1) Bald mit 1. 2, bald mit 3 stimmt der Druck bei Baleus Acta Rom. pont. 1559, p. 244—247, doch stellt er keine selbständige Ueberlieferung dar, sondern ist aus Nauklers Chronik und der Cont. Aquic. zusammengearbeitet. 2) 'in Chr.' fehlt 1, 'dil. fil. in Chr.' fehlt 2. 3) fehlt 2. 4) 'promittit' 2. 5) fehlt 2. 6) Lucas XIV, 11, XVIII, 14. 7) 'et—exaltabitur' fehlt 2. 8) 'exaltatur' 1. 9) fehlt 1. 2. 10) 'illi comm.' fehlt 2. 11) 'debes' 1. 12) 'enim tuis' 1. 13) 'nedum' 1. 14) 'a te' fehlt. 15) 'cum' 2. 16) 'videlicet' 2. 17) 'sacramentum fidelitatis' 1. 18) 'exigis et' 2. 19) 'sacratas' 2. 20) 'infectis' 2. 21) 'publice' 1. 22) 'et' 2. 23) fehlt 1. 24) 'ergo' 2. 25) 'qui etiam' 1, 'quia dum' 2. 3. 26) 'Data—iulii' fehlt 1. 2. 27) 'imp. et.' 1. 28) fehlt 1. 2. 29) fehlt 3, 'illi' 2. 30) fehlt 1. 31) '—quae caepit Iesus facere et docere'. Acta apost. I. 1. 32) Instit. I, De iustitia et iure, § 3. 33) 'quod suum constituit' 1. 34) fehlt 1.